



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 49. Aliæ contentiones feliciter compositæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

adeo excitata, ut ipsos hujus injuriæ Sæc. XVIII.  
 Auctores, dum jamjam Urbem vete- A. C. 1731.  
 rem ad triremes abducerentur, Regis  
 sui nomine a pœna liberari peteret.

§. XLIX.

*Aliæ contentiones feliciter compositiæ.*

Jam anno hujus sæculi vigesimo septi-  
 mo Benedictus XIII. nuper defun-  
 ctus Pontifex Hispaniarum Regi per  
 Apostolicas literas indulserat, ut Ec-  
 clesiasticorum beneficia in Hispania  
 nullo pensionum onere gravari possent:  
 Hoc ipsum vero indultum Clemens  
 Papa irritum nullumque declaravit,  
 & Alemannio, qui Apostolici Nuntii  
 partes acturus in hoc Regnum contem-  
 derat, in mandatis dedit, ut Bene-  
 dicti XIII. Breve publice revocaret: Id  
 quidem displicuit Regi, qui tamen suam  
 indignationem moderato silentio tem-  
 peravit: Gravior autem, & præter om-  
 nem expectationem enata lis Pontifi-  
 cis tranquillitatem turbabat: Accide-  
 rat enim, ut duo juvenes cum quodam  
 milite Neapolitano natione Germano  
 altercarentur, illumque haud procul  
 ab Urbe Beneventana trucidarent. Hi  
 perpetrato scelere ad Civitatem contem-  
 dunt, & ad securitatis locum convolant:  
 Re comperta Comes de Harrach Nea-  
 polis



Sæc. XVIII. polis Pro-Rex hos sicarios sibi tradidi  
 A C. 1731. postulat: Archiepiscopus autem Bene-  
 ventanus immunitatem Ecclesiasticam  
 & proprii fori jus obtare caussatur, reos e Templo abduci inhibuit: Haec repulsa graviter offensus Pro-Rex in mandatis dedit, ut Pontificius Nuntius, ejus Auditor & ceteri Pontificii subditi nulla mora Neapolitana Urbe excederent, & obsessis omnibus accessibus commercii, & annonam adprehendi copia interciperetur: Nec his contentus, omnium bonorum redditus, quos ex Neapolitano Regno Beneventani perciperent, sequestri nomine retineri & quadraginta duos Beneventanæ Urbis incolas, qui fuga elaborentabant, in carceres detrudi præcepit. His tamen turbis superior erat prudens Pontificis mansuetudo, que discordes hominum mentes a diffidiis in unum conducere, jamjam solita erat. Transmissis igitur ad Pro-Regem literis, si quid hac in re peccatum, reparationem pollicetur, præcipitque, ut ambo hi Sicarii promeritas luere pœnas: hac ratione mox die vigesima octava Maij in Neapolitano Senatu declaratum, has controversias peccatum esse sublatas, cunctaque in primum statum revocanda. Porro inter tot molestias haud parum recreabat



Pontificis animum Christianus Ulricus Sæc. XVIII.  
 ex Domo Wirtenbergica Dux Oelfensis, A. C. 1731.  
 qui in Silesia religionem Catholicam  
 amplexatus atque hoc anno in Italiam  
 profectus, a Magno Florentiæ Duce  
 cum ingenti honorum testificatione ex-  
 ceptus est.

S. L.

*Conscientiæ libertas Kauffburi ab  
 A catholicis læsa.*

Eodem tempore, quo Protestantes in  
 caussa Salisburgensium rusticorum  
 pacem Westphalicam, & conscientiæ  
 libertatem graviter fuisse violatam, al-  
 tum inclamabant, Kauffburenses Aca-  
 tholici præcipuas ejusdem pacis leges  
 palam transgressi sunt. Res ita con-  
 tigit: Michael Wagenfeil præfatæ Ur-  
 bis Apparitor & Mensor frumentarius,  
 de Religionis suæ falsitate convictus,  
 in Catholicæ fidei præceptis exactius  
 institui voluit. Eo fine frequentius  
 Sacerdotes Catholicos adiit, atque ab  
 iis probe instructus, ejuratis Lutheri  
 sacris sese cum vera Ecclesia conjunxit.  
 Ea res suboluit Magistratui Acatolico,  
 qui inscio ac inconsulto Senatu Ca-  
 tholico neo - conversum carceri man-  
 cipavit, & propria auctoritate suo offi-  
 cio abegit. Nec his contentus, Mi-  
 chaelis